

VC  
1845



h. 11, 39

Vc  
1845

EURICII CORDI

AD

PRINCIPEM JOHANNEM FRIDERICUM,  
SAXONIÆ DUCEM,

RENASCENTEM SINCERITATEM EVANGELII AGNOSCENTEM ATQVE TU-  
ENTEM

GRATULATIO

IN OPERIBUS HUIUS POETÆ HACTENUS DESIDERATA,  
QVA PRÆMISSA

AMPLISSIMOS SCHOLÆ ANNÆ-  
BERGENSIS INSPECTORES

ET

RELIQVOS OMNIUM ORDINUM CIVES  
MUSIS NOSTRIS FAVENTES

AD

AUDIENDAS QVINQE ORATIONES SECULARES,

EAS QVE PROSAICAS LATINAS,

DE MEMORALIBUS ANNI M D XXIX ECCLESIAM CHRISTI REPURGA-  
TAM CONCERNENTIBUS,

nempe

JO. CHRIST. NIEMERI, Wiefensis, de utraque Catechismo LUTHERI evulgato,

JO. FERDIN. SCHEUERECKII, Annæbergensis, de cœtibus quibusdam ad sanio-  
rem fidem

perductis, vel plenius emendatis,

JO. AUG. HUBSCHMANNI, Annæbergensis, de Theologorum Colloquiis & Disputa-  
tionibus memoratu dignis.

JO. CAR. GUTMANNI, Annæbergensis, de Nomine Protestantium occasione Decreti Spiren-  
sis orto, &

JO. GOTTL. BRÜCKNERI, etiam Annæbergensis, de Malis quibusdam Doctrinæ verio-  
ris Confessoribus inflatis,

*Hisque subjuvendum Dialogum Germanicum*

De amplissimis Reformationis Lutheranae fructibus, Catechesi in primis genuina feliciter restituta,

Verba invicem facientibus XI optima: indolis & spei Pueris,

Scil. ADAMO FRIEDERICO HEINRICHIO, Cœlleda Thuringo,

JO. CHRIST. ESCHERO, Neunzehnhaynenfi,

CHRIST. FRIDER. KORBIO, &

JO. CHR. WEIGELIO, Boehlenfibus,

GOTTL. WILHELMO STOCKIO, Annæbergensi,

JO. GOTTL. PURGES &

JO. CAR. BIEDERMANNO, Geyeranis,

JO. HEINR. DRECHSLERO, Barensteinensi,

CHR. FRID. KERTINGIO, Grunhaynenfi,

ERID. WILH. GEORGIO, Bucholtino, &

JO. GOTTF. ZICKLERO, Annæbergensi,

DECENTER INVITAT

M. JO. FRIEDLIEB STVBELIVS,

RECT.

ANNÆBERGÆ,

TYPIIS AVGVSTI VALENTINI FRISII,  
MDCCLXXXIX.



*Dns  
de*





Vod foecunda satis numen mihi labra resoluat,  
Quis dabit optatum tam praesens spiritus orsum,  
Ut, Tua quam niueis effertur gloria pennis,  
Exequar, & quantus meus in Te ferueat ardor,  
Quoque accensa flagrant aestu praecordia, pandam?  
Non, etiam si tota novem mihi turba sororum

Adsit, & e sacris pluat omnem fontibus undam,  
Sufficiam praegnans aperire, ut gestio, peccus.  
Nescio quid penitis non enarrabile fibris  
Intumet, & quales ignescere sentio flammam,  
Quaerque novo mire luctantia gaudia motu,  
Quod quoque Tu facili genio clarissime Princeps,  
**Dux Frideriche**, tui referens Patruisque Patrisque  
Sic etiam sanctos, velut inclita nomina, mores,  
Salvifici suavem verbi sectaris odorem,  
Et modo divini per splendida scripta Lutheri  
Discussis dudum nebulis, victisque tenebris,  
Irradians tandem gaudes emergere lumen,  
Assertamque fidem sceleratae e carcere Romae  
Undique Teutonicas spargi & regnare per urbes,  
Ut qualis veterum praeclara Ecclesia fecit,  
Incipiat purum jam nunc agnoscere Christum.  
O magnum certe missumque ex aethere munus,  
Pro quo digna queat superis non gratia reddi,  
Quod, qui tot populos tanto regis unus in orbe,  
Unde suae formam vitae trahit affecla plebes,  
Hoc cor habes, surgens ut possis cernere verum,  
Quamque diu multos delusi turpiter annos  
Romano fuimus captiva, heu, praeda tyranno,  
Donec respiciens ex alto Christus Olympo,  
A miseris aufert infamia vincula servis,  
Atque sua exemptis juga nunc cervicibus aptat,  
Tot licet oppugnent hujus crudeliter hostes,  
Sordido adhuc scelerum meri usque ad tartara caeno.  
Praecipue calui, pravissima secta, sodales,  
Foedum Epicuræi stabuli pecus, invidus ordo.  
Ipsa superstitio, mendax & hypocrisis ipsa,  
Attamen interea sancti, qui nescio, fratres.  
Qui quæ non tormenta movent, quod non modo vallum,  
Accumulant, quæ non sibi propugnacula tollunt,  
Denique quæ sævi non passim fulmina tentant?  
Ut tutis in haris secunda omenta volent,  
Atque, suos curent sine sollicitudine ventres,  
Nil aliud pressæ nisi inertia pondera terræ,  
Exportanda in olens monstra & portentosa fimetum.  
O cæcas hominum per tot jam secula mentes,  
Quæ non tam crassas technas fraudesque notarunt!  
Digna ne simplicitas aliquo fuit ista favore?  
Sed sic ulta Dei peccantes ira volebat,

Nostra quidem tantas meruerunt crimina pœnas,  
 At, quibus hæc ducibus constat tibi, bella cientur.  
 Hinc Ubio Hostratus, Latio hinc Silvester ab orbe,  
 Fulminat, & complex focis Catharinus in armis,  
 Cumque suo reliqui, tota impia turba, Radino,  
 Indoctique omnes, nisi quod recutitus apella,  
 Et fictum specie confessus Hypocrita Christum  
 Hanc ad opem Clariis Aleander abutitur undis,  
 Quem sacra nimirum captatum dona subornant,  
 Longaque promissi sitientem spes fovet auri.  
 Ast Italæ forsân temnenda injuria gentis,  
 Utpote quæ nostræ semper fuit æmula terræ,  
 Et dolet accepto sanos respiscere visu,  
 E veterique simul nos evigilare veterno.  
 Infandum scelus hoc, & in omnes dedecus annos,  
 Quod nostris etiam tales in finibus hostes  
 Est reperire, potens quos contra insurgere verum  
 Non pudet, at qualis post hanc victoria pugnam?  
 Aspice quos referunt ex illo Marte triumphos,  
 Quod miseri figunt quanta cum laude trophæum.  
 Quem latet inflatus popularibus Eccius auris,  
 Præclaris alias æterna infamia Suevis,  
 Quale ad Lipsiacum cierit certamen Elistrum,  
 Quo ferus insultu pie te Martine vocarit,  
 Quas hic ampullas, quæ sescuipedalia verba,  
 Magnifico turgens Thraaso supplantaverit ore?  
 Ut nunc ille, vide, cœcis inglorius antris,  
 Delitet, & secum fremibunda silentia rodit,  
 Solaque apud ramos quærit solatia patres,  
 Quæis medius stupidis sua jam magnalia jactat,  
 Ut, qui hinc Austriacæ tutudis sophos omne Viennæ,  
 Illinc Ausonia licitum olim fœnus in urbe  
 Asseruit, tenui qua parvus flumine Rhenus  
 Bentivolæ sedem luget subsidere gentis,  
 Jam quoque Saxonicus stupefacto victor ab Albi,  
 Straverit hæreticæ deterrita castra phalangis.  
 Forsân & e celsa sublimis sede magister,  
 Inflata facie, & patranti fractus ocello  
 Deboat hoc ingens, temeraria scripta, volumen,  
 Aureus indigna titulum cui voce lapillus  
 Indidit (Argivo Chryso passus nomine fertur)  
 Cujus nil aliud tamen id simulatve refertve,  
 Quam quod in obscuræ tantum caligine noctis  
 Fulget, & exorta restinctum luce nigrescit.  
 Non ut mendicam sit opus captare culinam.  
 Non adeo exhaustæ, poter licet usque, crumenæ,  
 Quas Latio nuper plenas infarferit auro,  
 Pacta ubi blasphemæ cepit bona præmia lingvæ,  
 Ut taceam quæ Fuccheriis data summa trapezis.

FK 76 1845

Vos ubi nunc tetrici, socia illi turba, sophistæ  
Steritis, & fuso cesatis adesse Daretî?  
Vestrae ubi nunc specimen logices, quam mille per annos  
Pro defensiva pietate fideque docetis?  
Quarere discretum si vestra professio verum,  
Quid finitis toto falsum increbescere mundo?  
Tot vos myriades non unum vincitis hostem?  
Discite, quanta Dei virtus, quam fortia verba,  
Quam quavis etiam penetrant mage acuta machæra,  
Queis nec Avernales poterint obfistere portæ.  
Hæc est quippe dies, in qua manifestus iniquus  
Ille patet, vegeto sanctus quem spiritus ore  
Conficit, & veniens extinguit lumine Christus,  
Longa satis fidei defectio, longa potestas  
Illius hæcenus est, mendacibus addita signis  
Meta hic, divinos satis ille poposcit honores,  
In sacroque satis se contra numina templo  
Extulit, & vano miseros conterruit igni.  
Hanc quid item palpans in rem Murnarius ille,  
Humana posita jam factus imagine serpens,  
Et ravidus Lathomus, quid & atrox cornibus Emser,  
Quid quidam huic compar alius, quem Teutona lingua  
Ridiculo Tauri crepitum cognomine dicit,  
Contulerint, quæ sint ridenti fabula mundo,  
Nemo rogat, quamvis se grande tulisse juvamen  
Sollicitis credant, servasseque sidera divis,  
Sed velut, immanes ubi pugnare gigantes,  
Rudentes olim Bacchi dicuntur Afelli.  
Quid memorem quales scurra & merushistrionugas  
Ovilegus Misos & caseicida per agros,  
Et ne grammaticam quidem habens Alveldius artem  
Ediderit? nota est hujus sycophantia monstri.  
Monstri, qua Stygiis aliud non turpius antris  
Emersit, latrans cui triplice Cerberus ore,  
Ipsaque se victam, cedit, confessâ Celæno.  
Hic modo se tentat, si vera est fama, cerastes  
Insinuare tuæ blandis illapsibus aulæ.  
Tu cave mortiferis faciles des cantibus aures,  
Quando suos nudosque pedes fuscisque cucullos,  
Et sibi derasos infra supraque capillos  
Atque laborata nexos e cannabe funes,  
Et quæ cætera sunt hujus ludibria sectæ,  
Nititur æthereæ Christi præponere legi,  
Et vehit ut summo demissa oracula cœlo.  
Harum quicquid erit ride, temne, effuge, fraudum,  
In solidisque DEI perstans sermonibus hære,  
Et si etiam totus contra insurrexerit orbis,  
Si modo speratam tua vis post fata salutem,



ml

ULB Halle 3  
007 650 892



5918







Vc  
1845

21/39

EURICII CORDI  
AD  
PRINCIPEM JOHANNEM FRIDERICUM,  
SAXONIÆ DUCEM,

RENASCENTEM SINCERITATEM EVANGELII AGNOSCENTEM ATQVE TU-  
ENTEM

GRATULATIO

IN OPERIBUS HUIUS POETÆ HACTENUS DESIDERATA,  
QVA PRÆMISSA

AMPLISSIMOS SCHOLÆ ANNÆ-  
BERGENSIS INSPECTORES

ET  
RELIQVOS OMNIUM ORDINUM CIVES  
MUSIS NOSTRIS FAVENTES

AD  
AUDIENDAS QVINQE ORATIONES SECULARES,

*EASQVE PROSAICAS LATINAS,*

MEMORALIBUS ANNI MDXXIX ECCLESIAM CHRISTI REPURGA-  
TAM CONCERNENTIBUS,

nempe

- JO. CHRIST. NIEMERI, Wiefensis, de utraque Catechifino LUTHERI evulgato,
- JO. FERDIN. SCHEUERECKII, Annæbergenfis, de cœtibus quibusdam ad faniorem fidem perductis, vel plenius emendatis,
- JO. AUG. HUBSCHMANNI, Annæbergenfis, de Theologorum Colloquiis & Disputati- nibus memoratū dignis.
- JO. CAR. GUTMANNI, Annæbergenfis, de Nomine Proteftantium occasione Decreti Spire- nſis orſo, &
- JO. GOTTL. BRUCKNERI, etiam Annæbergenfis, de Malis quibusdam Doctrinæ verio- ris Confelloribus inflitctis,

*Hisq̄ ſubjungendum Dialogum Germanicum*

De ampliffimis Reformationis Lutheranae fructibus, Catecheſi inprimis genuina feliciter reſtituta,  
Verba invicem facientibus XI optima:indolis & ſpei Pueris,

- ADAMO FRIEDERICO HEINRICHIO, Cœlleda Thuringo,
- JO. CHRIST. ESCHERO, Neunzehnhaynenſi,
- CHRIST. FRIDER. KORBIO, &
- JO. CHR. WEIGELIO, Bøhlenſibus,
- GOTTL. WILHELMO STOCKIO, Annæbergenſi,
- JO. GOTTL. PURGES &
- JO. CAR. BIEDERMANNO, Geyeraniſi,
- JO. HEINR. DRECHSLERO, Bærenſteinenſi,
- CHR. FRID. KERTINGIO, Grunhaynenſi,
- ERID. WILH. GEORGIO, Bucholtino, &
- JO. GOTTER, ZICKLERO, Annæbergenſi,



DECENTER INVITAT

M. JO. FRIEDLIEB STVBELIVS,  
RECT.

ANNÆBERGÆ,  
TYPIS AVGVSTI VALENTINI FRISII,  
MDCCXXIX.

*D. J. ...*

